

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. XVIII. TIT. II. De In Diem Addictione.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9044**

Alia de simulatione, an testamento confirmari possit? an dominium ex eo transeat? an exceptio simulationis detur ipsi simulanti? an opponi in ipsa executione possit? quo tempore praescribatur? late traduntur dict. Disp. th. 68. & seq.

Qv. LVI. *Contra quem interpretatio fieri debeat, si contrarius sit obscurus?*

*Laut.pag.* **R**ESP. Obscuritas imputatur ei, qui ejus causa est, adeoque semper stipulanti, quia apertius potuit legem proponere, in venditione ergo venditori: Nam cum venditio consistat in alienatione rei nostræ, nobis imputatur, si quid obscurius diximus, atque rem non accurate descripsimus; *L. 172. pr. R. 3.* huic enim rei nostra nostrum est legem dicere. *L. 39. Paet. L. 21. h.* Si vero agatur de accessione rei quam emtor petit, is sibi imputet, si illam accessionem clarius non designavit; *L. 34. h.* quisque enim in suo diligens esse debet, & de suo legem dicere cujusque est. Vid. *supr. q. 51.* Secus in judicio, ubi interpretatio fit secundum illud quod utilius est actori; *L. 66. jud.* quia hoc reus clarum reddere potest per exceptionem actori oppositam: Secus quoque ubi unus loquitur, is enim est interpres verborum suorum.

O B J. *L. 39. Paet.*

R ESP. Contra eum fit interpretatio, de cuius commodo actum fuit in pacto, ei enim imputatur, quod sibi non melius caverit, ut venditori in re, emtori in accessionibus: Vide *supra q. 51.*

LIB. XVIII. TIT. II.

D E

IN DIEM ADDICTIONE.

Qv. I. *Si emtioni venditioni pactum addictionis in diem expresse, pure, & sub conditione resolutiva, adjectum sit, an transferatur dominium per subsequentem traditionem?*

*Laut.pag.* **A**FFIRM. *L. 4. §. 3. h.* Nam ex ipsa natura conditionis resolutivæ *316. verb.* id appareat, utpote quæ nihil suspendit, sed omne jus pure transferret, & si non jus transferret, non posset postea resolvi, quod enim *Hinc per traditio-* nem &c. non est, resolvi nequit.

O B J.



OBJ. L. i. in f. ff. h. ibi: *Quo res a domino abeat.*

RESP. Venditor dicitur dominus ratione temporis venditionis, at hoc ipsum dominium transfert in emtorem.

OBJ. L. 38. §. 2. ff. L. falc. ibi: *item ad diem addic*tii* in venditoris.*

Adeoque ibi res in diem addic*tia* connumeratur in dominio venditoris.

RESP. Ponuntur termini habiles, ut id sit vel ante traditionem, vel existente conditione, vel si conditio suspensiva addita sit, de qua

Laut. p. 319.

QV. II. *An interim jus retractus locum habeat, & pœna commissi, item, an laudemium solvi debeat?*

**AFFIRM.** Omnia hæc interim locum habent, quia pura emtio est, *Laut. pag.* hinc agnati retrahunt; vasallus, si sine consensu ita contrahit, fe- *316. verb.* ionam committit; & emphyteuta perdit jus suum. Indeque gabella, *An vero interim &c.* & laudemium, quæ sunt pretium quod pro consensu solvit, recte interim solvuntur.

At resoluta emtione omnia hæc jura solvuntur, & sic tum resolutur etiam jus retractus, felonias, &c. quia tum emtio amplius non est, adeoque nec ejus effectus manere potest. Vide q. 4. at laudemium manet d. q. 4.

QV. III. *An existente conditione resolutiva, & meliori conditione oblata, emtor omnes fructus, omniaque commoda venditori restituere teneatur?*

**AFFIRM.** L. 4. §. 4. l. 6. pr. l. 14. §. 4. h. Quia omne jus re- solvit, indeque commoda hæc penes eum essent sine causa.

OBJ. L. 2. §. f. h. Ubi emtor dicitur lucrari fructus.

RESP. Sed revocabiliter, ita ut existente conditione illa acquisitione resolvatur.

QV. IV. *An resoluta prima emtione cesset jus retractus, pœna commissi, & laudemium?*

**RESP.** Cessant omnino, quia omne jus quod ipse translulit, *Laut. pag.* adeoque tota alienatio resoluta est: excepto laudemio: Cef- *317. verb.* sat ergo (1) *jus retractus*: Non enim agnati venditoris ex eo *Resoluta* agere poterunt, quia retro emtio solvit; nec agnati emtoris, quia *prima* *hic &c.* *emtione* *PPP 2*



hic nunquam jus habuit in hunc casum, & retro emtio nulla fuisse videtur. (2) Cessat *pœna commissi*; nam cum resolvatur retro emtio, nec a venditore, nec ab emtore, dominis feudi aliquid impetrabit, tota enim emtio retro nulla fuisse videtur. At (3) *laudemium præslit* vendor pro consensu, indeque existente conditione resolutiva ille vendor non repetit laudemium, quia consensus, pro quo illud solvitur, vere intercessit, nec ille resolvitur. Vid. tit. *præced. q. 41.* Alia autem quæstio est, an resoluta emtione ille, qui rem restituit, denuo laudemium solvere debeat? Quod negamus; nam dominus consentit in venditionem cum suo pacto; neque nova hic est venditio, sed ea ipso jure, & vi pacti a domino confirmati resolvitur.

**Qv. V.** *An tum quoque, si pactum resolutivum obliquis verbis contipiat, v. gr. res restituatur, existente conditione contractus ipso jure resolvatur?*

*Laut. pag.* **A**utor h. l. ibique Doctores id negant; quia verba non sunt ipso jure resolventia: Hinc venditorem non recipere pristinum jus, sed Secus est si actione ex emtio vendito contra emtorem agendum esse putant, ut is hoc &c. juxta leges emtioni rem restituat.

At contrarium verius esse puto cum *Covarruvia var. resol. 3. c. 8. n. 1.* Nam (1) in *l. 41. pr. Rei vindic.* disertis verbis traditur, quod emtor, qui emit rem sub conditione, ut allata meliore conditione *recedatur ab emtione*, ea existente non habeat rei vindicationem, adeoque dominus esse desinat: redit ergo dominium ad *venditorem* vi contractus, etiamsi pactum verbis obliquis conceptum sit, & ille proinde rem a possidente vindicabit. (2) Eadem quoque ratio hic subest, nam verba, *res inemta esto*: non sunt de forma legis commissoriae, sed sufficiunt æquipollentia, ut sunt omnia quæ inferunt contractus resolutio- nem. *Covarr. d. 1.*

**Qv. VI.** *An si hoc pactum ex intervallo adjiciatur, habeat tamen vim ipso jure resolvendi?*

*Laut. pag.* **N**EGATUR: Si enim emtio pura est, & semel plene subsistit, non potest ipso jure resolvi per pactum, quod ex intervallo accedit, quia ejus pacti vis & effectus non potest incipere, nisi



nisi cum pactum ipsum, medio itaque tempore sine dubio valet emtio,  
& non resolvitur, sed nova emtio contrahitur in contrarium. *L. 7. §. 6.*  
*I. 58. de Paſt. L. 72. h.*

Qv. VII. *An etiam alia paſta resolutiva resolvant negotium  
ipſo jure, & cum iuſdem effeſtibus?*

AFFIRM. Quia eadem ratio est. Conf. text. Autoris. Add. *I. 19. de Laut. pag.  
Uſuc. arg. I. 13. pr. pign. aet. ibi: aut vindicare. I. 10. §. 1. m. p. Idem fa-  
ſolv. ibi: dominium ad debitum revertitur, & in priſtinam cauſam reſ ciunt alia  
redit reſoluta condiſione.* <sup>318. verb.</sup> *&c.*

OBJ. *L. 4. C. aedil. ed.* Ubi non ipſo jure reſolytur, ſed agi po-  
tent redhibitoria.

RESP. Haec duæ actiones concurruunt, ſcil. redhibitoria cum ac-  
tione emti venditi.

Qv. VIII. *An melior quoque fit condiſio, ſi pupillus ſine au-  
toritate tutoris plus offerat?*

AFFIRM. *L. 14. §. 3. h.* Quia revera pretium maius oblatum eſt. *Laut. pag.  
OBJ. (1) Quod emtio fit ipſo jure nulla.* <sup>318. verb.</sup>

RESP. Eſt nulla in prajudicium pupilli, non vero tertii ſive pri-  
mi emtoris, vide tit. paſt. q. 30. hic vero queritur de prajudicio ter-  
tii, ſcil. an obligetur novus emtor haec tenus, ut emtio cum priori em-  
tore inita reſolvatur.

OBJ. (2) Quod non fit melior condiſio, cum a pupillo exigi  
non poſſit.

RESP. Condiſio eſt melior ratione pretii, eſti quoad personam  
emtoris fit deterior. *L. 14. §. 2. h.*

INSTO, (3) Quod personæ quoque qualitas inficiatur in eo, an  
condiſio melior fit, an non.

RESP. Verum hoc eſt, fi aliud commodum non adſit, fi vero  
melior condiſio in pretio adſit, tunc vendor eam acceptare, & reli-  
qua comprobare, eoque vitia personæ ſupplere potest.

— Qv. IX. *Quando videatur melior condiſio fraudulenter  
allata, & quid tunc juris?*

PPP PP 3

RESP.



*Laut.pag.* **R**ESP. Non videtur bona fide actum (1) si falsus sit emtor, tunc enim nulla emtio est, & sic prior subsistit. *L. 4. §. 5. l. 6. pr. h.*  
*319. verb.* Vere & (2) Si subornatus sit emtor, & id actum, ut ille subornatus rem em-  
*Vere &* bona fide tam iterum restitutat venditori, tunc tollitur quidem prior emtio, quia  
*bona fide* revera emta res est, at propter dolum prior emtor contra suum vendi-  
*&c.* torem agit ad id quod interest. *L. 14. §. 1. h.* (3) Si verus fit emtor,  
at simuletur melior conditio, tunc prior emtio non tollitur, per text.  
expr. in d. l. 14. pr. & l. 4. §. 5. h. at nova quoque emtio valet, & se-  
cundo emtori venditor tenetur ad omne id quod interest, quia revera  
vendidit: Et hinc recte dicitur d. l. 14. quod venditor utriusque emtori  
in solidum obligetur, quia revera utriusque vendidit.

**Qv. X.** *An primus emtor idem offerendo quod secundus  
huic praefferatur?*

*Laut.pag.* **A**FFIRM. Neque enim melior est conditio posterioris emtoris, si  
*319. verb.* prior tantundem offert. *L. 8. h. arg. l. 35. ibi: ut id, quod ex  
Qui idem licitatione accessit, ipse offerat ff. min.*

**OBJ.** (1) *L. 7. ff. h.* Ubi prior emtor non admittitur nisi plus  
offerat.

**R**ESP. Plus respicit ad personam secundi emtoris, & sensus est,  
priorem emtorem non admitti, nisi sit paratus illud *plus*, quod scilicet  
secundus emtor licitatur, adjicere, supponit enim in d. l. 7. melio-  
rem conditionem allatam esse. *Conf. l. 8. Eod.*

**OBJ.** (2) *arg. l. 6. §. 1. h.* Ubi prior emtor adversus posterio-  
rem licitari debet.

**R**ESP. Licitatur quoque idem pretium offerendo.

**Qv. XI.** *An pendente conditione suspensiva entio adeo sit imper-  
fecta, ut nec per subsequentem traditionem domi-  
nium transferatur?*

*Laut.pag.* **R**ESP. Dominium non transferri: Vide supra ad p. 308. q. 29. *Ubi*  
*319. verb.* & exceptiones vidimus, & dubia resolvimus.

*Nec pro-  
pter sub-  
sequen-  
tem.*

**Qv.**



**Qv. XII.** An existente conditione suspensiva emitor retro a tempore contractus dominium, fructus, & commoda acquisi-  
viss videatur?

**N**EGATUR: Nam hoc ex primis principiis juris notum est, onera Laut.pag.  
& commoda ex contractu imperfetto non transire: Et cum cer-  
tum sit periculum nullum esse emitoris pendente conditione, nendum ad  
eum pertinere poterit commodum: Accedit quod re pendente con-  
ditione translata fructus tanquam indebiti condici possunt, d.q. 28. quod  
falsum esset, si medio tempore jus aliquod ipsi esset quælitum.

**O B J.** Quod conditio retrotrahatur ad momentum quo contractum  
est: *L. 26. Stip. serv.*

**R E S P.** Ad eum effectum, ut retro obligatio contracta videatur, &  
ex eo tempore contractus valeat, non vero ut dominus factus videatur,  
indeque vel periculum, vel commodum ad eum pertineat.

**LIB. XVIII. TIT. III.**

**D E**

**LEGE COMMISSORIA.**

**Qv. I.** Unde dicta sit lex commissoria?

**R E S P.** Novam ejus originem ex doctrina *B. Parentis* demonstravi Laut.pag.  
supra ad tit. de pign. act. q. 7. 320. verb.

**Qv. II.** An lex commissoria emitioni accedere possit jure permittente &c.  
& approbante?

**A FFIRM.** *L. 13. §. 26. act. Emitt.*

**O B J.** *L. 38. min. ibi: quia lex commissoria displicebat ei.*

**R E S P.** Displacet Imperatori: (1) in casu, ubi in præjudicium pu-  
pilli erat adjecta. (2) Displacet quoque tanquam odiosa, non tanquam jure per-  
mittente &c.  
injusta, *L. 4. in pr. L. conum.* Unde (3) ea non declaratur nulla, quod  
fieri debuisset si improbata fuisset, sed dabatur restitutio in integrum  
ob pupillarem ætatem.

**Qv.**

